



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

10. De genere, & qualitate ciborum quibus in ieuniorum diebus vti licet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Caput X.

De genere, & qualitate ciborum, quibus in Ieiuniorum diebus vti licet.

PRIMO queritur, An solum carnes Ecclesiastico precepto in diebus ieiuniorum prohibeantur. An vero etiam lac, butyrum, caseus, & oua, ac cetera, qua ex carnibus originem trahunt? **R**espodeo, ex communi omnium sententia in ieiunio Quadragesima carnium, & ceterorum ex carne originem ducentium, vsum nobis interdicti. Nam cap. Denique dist. 4. Gregorius scribens Augustino Anglorum Episcopo sic ait: *Par autem eis, vi nos, qui his diebus à carnibus animalibus abstinemus, ab omnibus quoque, que femininam tradidimus originem carnis, ieiunemus, à latte videlicet, caseo, & ouis.* Hac ibi item, cum Quadragesima tempore Christiani in Armenia, sabbatis, & Dominicis diebus vesceretur ouis, & butyro; Sexta Synodus Constantiopolitanus sub Imperatore Justiniano celebrata in Trullo, lege sanxit in *Canone* 56. Ut si quis oua, caseum, aut butyrum comedisset, quae sunt foetus, & fructus eorum, à quibz abstinemus in Quadragesima. Clericus deponeretur, & Laius à communione arceretur. In ceteris ieiuniorum diebus lege cautum est ne carnes edantur: sed nihil est expressum constitutum de ijs cibis, qui ducunt originem ex carne; quare in his, mos gentis, ciuitatis, vel populi seruari debet. In quibusdam enim locis de more butyrum editur; in alijs, lac, & oua, in quibusdam tum ab his, tum à carnibus abstinetur. S. Thomas secunda secunde, quest. 147. art. 8. ad tertium cuius sententia est communi consensu recepera. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. art. 4. R' char. 4. dist. 15. q. 3. q. 5. & 7. Duran. in 4. dist. in 15. q. 9. Angelus Ieiuniorum. 5. Sylvest. cod. verb. quest. 5. Ergo iuxta communem sententiam in alijs ieiuniorum diebus, præterquam ieiunij quadragesimæ, iure communii permittitur vsum ouorum, lactis, casei, nisi contrarium consuetudo gentis, vel populi seruer. Ma le Abbas in Rubri. de obseruat. ieiunio. telle Couarruia lib. 4. variarum refolu. ca. 20. nu. 15. ad finem, hanc communem sententiam interpretatur, cum ait. In alijs ieiuniorum diebus posse nos vti his cibis, si id fuerit vsum receptum quasi tunc etiam hi cibi iure verentur.

Secondò queritur, An eo ipso quod Canone aut lege interdictum aliqui eius carnium, intelligatur esse prohibitus eius lactis, ouorum, butyri, & ceterorum, quae à carne originem trahunt? **Q**uidam aiunt esse prohibitum. Sic Couar. libr. 4. varia. refol. cap. 20. num. 15. & alij: quod probant ex cap. Denique dist. in 4. & cap. presbyter dist. 82. vbi ex hoc, quod prohibetur vsum carnium, colligitur prohiberi vsum ouorum, lactis, & aliorum huiusmodi. Alij contra negant, quibus est Paludanus in 4. dist. in 15. quest. 4. art. 4. concl. 2. inde comprobantes; Primum, quod feria sexta, & Sabbato per annum interdictus est vsum carnium, non tamen ouorum, & lactis. Deinde in perugilijs Apostolorum, & Quatuor Ieiuniorum Temporibus prohibitus est eius carnium, non tamen aliorum ciborum: & vsum, & more multis in locis a prouincijs oua, butyrum, & alia similia comedü-

duntur. Accedit, quod poenæ legibus irrogare restrixi debent. Adde his, quod si, quod minus est, lex prohibet, non continuo sequitur, ut vetet etiam quod minus est, nisi id expresterit, ut expressum est in c. Denique dist. 4. & c. Presbyter, dist. 82. Postea, quidam inquit, haec duas sententias non inesse conciliari queunt: Et prima locu habet, ut, quando eius carnium est lege aut Canone interdictus, sit quoque prohibitus eius ouorum, & similium; nisi vnu & more, eius ouorum, & aliorum huiusmodi permittatur, ut permititur in feria sexta & sabbato, & in perugilijs Apostolorum. Quando vero eius carnium, solum confutidine prohibetur, non eo ipso prohibitus est eius ouorum, & similium: nam confutatio unum vetat, alisd non ite. Mihi tamen simpliciter, & absolute probabilior videtur opinio quippe, quae frumentis est argumentis, & rationibus suffulta. Si queras, An cui in die ieiunij interdictum est eius ouorum, interdictum intelligatur vsum carnium. Respondeo intelligi. Sylu. ieiuniorum q. 10. n. 27. unde is, qui votum fecit de ouis non edendis in feria, votum fecisse videtur de abstinentia à carnibus, & proinde licet nequit carnes edere, cum inciderit Dominicus Natalis in sextam feriam, in qua alijs licitum est carnes comedere iuxta id, quod habetur in cap. vlt. de obser. ieiun. Hoc autem locum habet in hunc modum, quando is qui votavit, in animo habebat, se priuare eius carnium in feria, aut id deliberaasset, si in mente occurrisset. Secus vero est si solum volue abstine-re se non à carnibus, sed tantum ab ouis: votum enim non extenditur ultra voluntis propositionem. Quid indicandum de eo, qui nihil cogitavit, cum votavit, aut non meminit, quid cogitaverit? **R**espodeo, tuto posse nos benigno votum interpretari, & ei dicere, non esse obligatum voto de non edendis carnibus, sed solum de abstinentia à ouis: nam si tale quid memoria occurrit, sic solum voulis. Sylu. loco citato. Queres itidem quid dicendum, cum Titus votum se certo die ieiunium seruatur, aut cum ieiunio iussu ficerdotis in ieiunio vacare debet, aut ieiunia Romani Pontificis Jubileum concedentis auctoritate indicata, obseruanda curat, an continere se debeat non solum à carnibus, sed etiam ab ouis, laete, & ceteris, quae carnium sunt veluti foetus, & fructus. An potius fatus sit, si ab eius carnium abstineat? Respondeo, huiusmodi ieiunia seruari debere ex ritu, & more, quo iuxta populi, ciuitatis, vel gentis consuetudinem seruantur ieiunia cetera Ecclesiastica, quae in Quatuor Temporibus anni, & in perugilijs Sanctorum dierum festorum colli, & celebrari solet; probabiliter enim creditur, ea sic iniungi, & imperari indicati, aut voveri & promitti, ut sunt in more posita. Paludanus loco citato ait: Cum imperatum est ieiunium simpliciter, præceptum implat ac seruat, si quis solum à carnibus abstineat.

Tertiò queritur: An cui est priuilegium concessum: siue data facultas consulto medico, ut in die ieiunij carnibus vesceretur, eo ipso sit in totum ieiunij lege siue præcepto solutus? Dic sunt opiniones, una eorum qui affi manu Gabrielis in 4. dist. in 16. quest. 3. art. 3. dub. 1. 6. De secundo quo singulare ieiunium, Palacij 4. dist. in 15. dist. 8. concl. 6. Nedit eti-
mua In-

fua Instruct. Confess. lib. 1. cap. 14. §. 10. Caietani 2. 2.
q. 147. art. 7. in reponfione ad ultimum dubium, & art. 8.
Cordubensis in Sum. cajum q. 142. Et aliorum quo-
randam iuniorum, eo pricipue intentum argu-
mento, quod subtractio carnium, ad naturam, &
rationem ieuium Ecclesiastici pertinere vide-
atur: ergo si quis carnis vtratur, ieuium non fer-
uet. Altera est sententia eorum qui negant, scilicet
Medine Tract. de ieuiario q. 5. dub. 1. ad finem, Nauar-
ri in Manuali c. 21. num. 22. Quorum ratio haec est: Si-
cuit cui coceditur facultas edendi caseum, lac,
butyrum, & cetera, quae cum carne cognitionem
habent, lege ieuium non soluitur; sic etiam si cui
coceditur libera potestas comedendi carnes, ad-
huc præcepto, sive lege ieuium tenetur. Quod si
queras ab illis, quo pacto is ieuium seruire pos-
sit, ac debet? Respondent, eum oportere semel
tantum carnis vefci; quod si secundo eas edat,
soluet ieuium legem. Quare concludunt, etiam
quando cumque sit potestas aliqui comedendi car-
nes extra morbi necessitatē vrgentem, ob incom-
modum, & imbecillam valetudinem, vt fieri so-
let Medici consilio, illa dari videtur, vt semel tan-
tum eas edat. Si roges deinde, quidnam ad natu-
ram & rationem ieuium Ecclesiastici pertineat?
Respondeat Caietan. 2. 2. q. 147. art. 7. vers. In eodem
articulo, in reponfione ad ultimum, Quatuor ad ieuium
Ecclesiasticum præsertim Quadragenarium
attinere: vnicam cibi sumptionem, id est, vt se-
mel tantum edamus; & quod attinet ad certam
ciborum qualitatem, vt à carnibus scilicet, & ijs
qua originem trahunt à carnibus, ouis, laete, ca-
feo, abstineamus: & quod pertinet ad certam ho-
ram edendi, vt ad meridiem, vel sub meridiem,
aut post meridiem comedamus. Ex his quatuor,
inquit ille, duo prima, nempe vnicam tantum epulatio-
& subtructio carnium ad naturam, &
rationem ieuium spectat, & proinde secunda cibi
sumptio, aut carnium vñus proflus ieuium tol-
lit. Duo vero postrema, refectione eorum, quae ve-
niunt ex carnibus, & meridianam, aut postmeridia-
nacorporis refectione, in præcepto quidem ieui-
um continentur, sed ad illius naturam, & ratio-
nem non pertinent. Et ideo si cui Romanus Pont.
potestatem faciat longe ante meridiem edendi,
vel ouis, laete, cafeo, & butyro vtendi, ieuium le-
gem fernare debet: vult dicere, nō ei liberum est
plus quam semel comedere; secus ieuium vio-
lat. Idque Caieta demonstrat ex eo, quod ieuium
natura, & ratio in aliquo, aut pluribus consistit:
aliisque nihil certi statuitur, quod ieuium natura
& rationem constitutus, & erit ieuium res qua-
dam natura & ratione carens, quod dici non po-
test, & cum hoc vnum, ex quo ieuium natura con-
stat, non sit subtractio corū quæ ex carne gignuntur,
aut fiunt, nec sit meridianam, aut post meridia-
na refectione corporis: consequitur vt sit vñitas e-
pulationis, & subtructio carnium. Cæteri tamen
auctores, quos nominavi, hanc Caietanu senten-
tiam improbat, dicentes id, quod præcepto Ec-
clesie in ieuium fernari debet, ad naturam quo-
que & rationem ieuium pertinere: & ieuium Ec-
clesiastici rationem in ijs omnibus cõsistere, quæ
Lex Ecclesiastica præscribit, & fernare subet. Quæ
cum plura sint, conficitur inde, vt si prælegium
concedatur alicui, vt vnum ex illis non ferueret,

reliqua fernare debeat. Neque enim qui ab una
lege priuilegio Principis soluitur, ab alijs conti-
nuo legibus eximitur: quod si lex plura præscri-
bat, & imperet, non qui liberatur ab uno eorum
aliquo, confessum ab alijs excipitur. Postremo,
cui magis vñca tantum cibi sumptio, & refectione
carnium, ieuium naturam & rationem constituant,
quam subtractio, & depulsio eorum quæ generantur
& fiunt ex carnib⁹, & meridianam aut post me-
ridiana corporis refectione? siquidem omnia haec
lex Ecclesiastica præcipit: præsertim cum sit eti-
am probabilis multorum opinio, vt superius di-
ctum est, si cui libera fiat potestas edendi amplius,
quam semel, aut vescendi carnis, non eo i-
psa datam esse facultatem comedendi quoties
vult, nimis rursum tertio, quarto, ac sèpius.

Arbitror igitur in hac re dicendum, eum, cui
auctoritate priuilegij liberum est carnes edere,
soluitur esse lege ieuium: tum quia rameti in ieui-
um Quadragenario præcipitur, vt abstineamus
ab ouis, & alijs quæ originem trahunt à carni-
bus, & ne edendo certam horam anteuerteram-
mus, at ieuium substancialia, & natura in duobus
tantum meo iudicio consistit, videlicet, vt abstineamus
à carnibus, & vt semel tantum edamus: tum etiam quia vñus & consuetudo
communis id habere videatur: is enim, cui tale pri-
uilegium hoc est, eius carnium conceditur, non
solum prandere, sed etiam coenare solet: nec
cum sua peccata Sacerdoti confitetur, hoc conser-
teri confundit, quod sapienter quam semel in die
ieuium comedenter. Nec tamquam idem iuris est in
eo, cui libera facultas conceditur edendi ea,
qua ex carne procreantur, aut comedendi ante-
te consuetam horam: nam vñs & consuetudine
etiam receptum est, vt is non in totum sit lege ieui-
um solitus. Nec enim licet ei carnibus vti, si
ue vefci, nec amplius, quam semel se cibo re-
scire, nec meridianam horam longius præuenire.

Quarto queritur, An cui sit potestas, vt in die
bus Quadrageniarum sua comedat, tunc possit vti
caseo, laete, butyro? Negant quidam cum posse
ob eam rationem, quod Principis priuilegium,
quando iuri communis derogat, strictius, ac pre-
ficius interpretari debemus: ergo cui vnum conce-
ditur, non statim conceditur alterum, quamvis
minus sit: quartu sit, vt cui liberum est beneficio
Principis sua comedere, nec possit caseum, lac,
vel butyrum edere, nec ijs vti in apparandis, &
comedendis ouis. Et è contrario si cui priuilegiū
datur, vt caseum, aut butyrum edat, is non potest
tuta conscientia sua comedere. Contra alij affir-
mant: cui data est facultas sua comedendi, pos-
se iure vti caseo, laete, & butyro, quoniam ex his
solēt sua apparari. Deinde quia haec omnia eius-
dem penitus videtur esse rationis, cum ea ex car-
ne ducant originem: ergo cui vnum conceditur,
videtur esse alterum quoque concessum. Ita quidam
iuniores non inepte ratiocinantur: & pro-
pterea illorum opinioni libentius subscribo. Sic
Medina in sua Instructio. Confess. libro primo, cap. 14.
§. decimo.

Quinto queritur, An cui ex priuilegio licet o-
ua comedere, & alia, quæ carni affinia sunt, iure
etiam vñca cum ouis, vti piscibus possit? De hac que-

stione

Nauarrus *item primo Consiliorum*, de Observat. ieiunij consil. 5. Medina in *Instruct. Confess. libr. 1. cap. 14. §. 10.* Quidam abmuunt, in de potissimum, quod si pisces edit ille, ergo pescum ei vñus non officit: quod si non officit, eis vñi solum debet, ac proinde nequit, ut facultate, oua, caseum, lac, & butyrum comedendi: eo quod non iusta ex causa sit illi ciborum, qui prohibentur, concessus vñus. Nauarr. de observat. ieiunij Consil. 5. fatur ei fas esse in uno die vesci ouis tantum, & alio die pescibus folis: vel eodem die in prandio vñi ouis solum, & ad cenam pescibus, si ei licet sapienter in die comedere, sed non simul in eodem prandio, vel cena ei licere oua simul, & pisces edere. Alijs vero vñsum est: ei licere pescibus, & ouis vesci, quia contingit interdum, ut si quis solum pisces edat, ita vetora corporis refectio ex solis pescibus constet, sibi noceat: quare per priuilegium pontificium sit ei potest oua, vel butyrum edendi. Obiecties, si oua comedit, cur vñi cum eis pisces edit? Respondet, quia potest accidere, vt oua vñi integrum prandio, vel cena non sufficiant, aut quid ea, cum plura comeduntur, fastidit, & respuit stomachus, aut quia modico paucorum pesciculorum euu comedendi appetitus excitatur: ac proinde ad comedendum totum, quod ad unum prandiu, vel cenam requiritur, vna cum ouis nonnulli pisces eduntur. Non video equidem, cur haec posterior opinio non sit tanquam probabilior preferenda priori, nec eam Nauarrus firmo arguento confutat, cum ita concludit: Aut pisces ei nocent, aut fecus: si primum, ergo comedendo peccat: Si secundum, ergo sine iusta causa ei vñus ciborum prohibitorum conceditur: Respondet enim, si pisces nocent, peccat comedendo, non quia legem ieiunij perfringat, sed quia vñatur ei bofibz incommodo ac minime salubri: quod si ei non officiunt pisces, non peccat, nec vñllam legem violat, cum priuilegio suo vñatur, & priuilegium Principis valeat, quando solum sua legi, non iuri diuino, aut naturai, aut alterius superioris Constitutione derogat.

Sexto queritur, An carnium vñsus fuerit semper a ieiunio Ecclesiastico exclusus? Respondet ex sanctis Patribus, Concilj, & frequenti Ecclesiis vñu perspicue collig. eos, qui ieiunium Ecclesiasticum feruarunt, a carnibus abstinuisse. Clemens libr. 5. *Apostolicum Consilium cap. 17.* sic ait: *A carnibus abstineat vos hic diebus: sunt enim dies iusti, & non festi: Telephorus Pontifex, ut habemus in ea statim distinctio. 4. Statim, inquit, ut sepius hebdomadas plena ante Sabbathum Pasche a carne Clerici omnes abstinent. Theodoretus in Epistole Dian. Decret. ita scribit: *Ab eis carnium, & ab alijs eiusmodi abstinentiam non similiter vt Heretici amplectitur Ecclesia: illi enim ab his tanquam ab immundis abstinentem esse censent, Ecclesia autem nihil horum discrevit.* Cyrillus Cathech. 3. *Ieiunamus a carnibus abstinentes, non quod has odio habemus, sed quod mercedem expectamus.* Augustinus libr. 3. contra Faustum cap. 5. & serm. 64. de Tempore. *Non solum a carnibus Christiani, verum etiam a quibusdam terra fructibus abstinent.* Et alibi: *Quare enim abstinemus nos a carnibus, quibus alijs diebus vñi solemus & reliqua.* Basilius Homilia prima de ieiunio. *Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum.* Origenes libro tertio, in Iob. *quando ieiunamus a vino abstinemus nos, ut non gustemus carnem.* Theophylactus sermone quinto de Palma. *Nequaquam diebus Quadragesima, sicut luxurias dicas solent, carnium edatio delectemur: qui legum precepta studiunt, carnium esum repudiam: nos decet ieiunare tempore agonis vesti carnibus.* Daniel, & tres illi pueri deceni ieiuniorum tempore a carnibus abstinentiam. Cluystostomus homilia secunda in Genesim. *Nisi quis tollit ieiunio, vel clamor, vel carnium concusione, vel cogitatione discursus.* Ambrosius, vel quisquis auctor eorum Commentariorum, in cap. decimo, Epistola ad Romanos: *Sunt quidam, qui quartam feria carnem non edunt, sicut erunt: Sunt, qui Sabatam sunt item, qui a Pascha usque ad Pentecosten edunt, est qui nonquam edat.* Eadem haec disparitas etiam nunc in Ecclesia Dei obtinet: siquidem, qui budam in locis non modo Sabbato, & Prosbabato abstinetur a carnibus, verum etiam feria quarta: alibi quod pisces desint, etiam Sabbato aliquis carnium vñsus conceditur. Nonnulli tota vita non solum a carnibus, verum etiam ab ouis se continent. Gregorius Magnus scribens Augustino Anglorum Episcopo, habet in cap. denique, *Distributione quarta.* *Potest enim, qui his diebus a carnibus abstinent, ab omnibus queque sementi, nam trahunt originem carnis, ieiunare, a latte, videlicet, & caseo.* Hildorus libro de officiis primi, capite quadragesimoquarto. *Postquam Christus, qui est principium, & finis apparuit, hoc quod in principio significaverat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per apostolum suum: Bonum est non manducare carnem.* Et iterum: *Non quia carnis male sunt, ideo prohibentur, sed quia illarum epulæ luxuriam carnis signunt: sunt enim fastidiosi, & nutritiū omnium vitiorum.* Ex sexta Synodo, Canon. Trullanus 56. *Accipimus inquit, in Armenorum regione, & in alijs locis in Sabato, & Dominica Quadragesima oua, & caseam comedere. Vnam ergo, ut omnis Dei Ecclesia, qui est in universo terrarum orbis, hanc ordinem sequens ieiunium perficiat & abstineat ab ouis, & caseo, que quidem sunt fructus, & sicut coruus quibus abstinentur. Si autem non fernauerint Clerici dependent, Laici segregentur. Octava Synodus Tolentina sic decernit. Canon. 9. Quisquis sine fastidio ieiunat, ac fragilitate, & evidenti languore, seu etiam impossibilitate eratis, Quadragesima diebus ejus carnium presumptius attenuare, non solum reuerteri resurrectione Domini, verum etiam alienus ab eiusdem die faste communione. Ex his constat, carnium etiam in diebus ieiuniorum nullus omnino prohibetur.* Si quares quid nomine carnium intelligantur. *Maius quartus, distinkton, decimaquinta, quassione tertia, a nomine carnium intelligi eas, quae sunt animalia, quae extra aquam diu naturaliter vivere queunt; pisces dicuntur, qui extra aquam diu naturaliter vivere non possunt, aut carnes intelliguntur, quae communiter apud Christianos pro carnibus habentur.* Hinc patet quid indicandum sit de limace, & cochlea, rana, locusta, testudine.*

Septimum queritur, An vini vñsus sit in diebus ieiuniorum lege interdictus? Contentiens est Theologor. & Canonicci juris interpretum opinio, portionem vini, siue mane ante prandium, siue post prandium vespere ieiunium non solvere, si in modum potus ad extinguendam, siue minuendam sicut sumatur, quamvis etiam plusquam par sit, & necesse sit postuler, vinum bibatur, quoniam contra temperantiam quidem peccati erit contra

contra ieiunium non item. Ceterum ex Sandis patribus quis forsitan obiectat, frequenter assidentibus, in diebus ieiuniorum esse abstinentiam à vino, & carnibus. Nam Clemens Romanus libro quinto Constitutionum Apostolicarum, capite decimo septimo, a vino, inquit, & carnis ab*stinen*ce*re* vos bis diebus. Loquitur autem de diebus Quadragesimae ieiunij. Eccl. Cyrus Hierosolymitanus. Cœcheli q. ieiunamus à vino, & carnis abstinentia. Theod. in epistol. diuin. Decret. abstinemus à vino, & carnibus, & ab alijs huiusmodi abstinentiam ample*ndam*. Theophilus Alexandrinus sermonem quinto de Paschate. Nequaquam diebus quadragesime*vini* poterit*suffici* ieiunum. Daniel, & tres illi pueri do*cens*, ieiunorum tempore a vino, & carnibus abstinentiam, lumere de terra semina, & potandum aquam, quibus comitibus nititur pudicitia. Origenes libro tertio in Iob. quando ieiunamus, nec gustamus carnem, nec vimum. Basilius homilia prima de ieiunio tractans: Carnes, inquit, non edis, à vino abstine*n*us, ab iniurijs tibi non temperas. Augustinus serm. 64. de tempor. Qui abstinemus à carnis, quibus alijs diebus vili licet; & qui abstinemus à vino, quo moderat*ur* vici. Quo ergo ista virtus natus, que aliquando licet? In prima peccata sagittamus que omnino nunquam licet, Athanasius quoque in vita sancti Antonij, hoc de illo refert: somnabat paucum, & sal, potumque aque: de carnis vero & vino melius facere posso, quam quicquid loqui: quoniam nec apud plurimos quidem Monachos illi modi esse in uita habentur. Immò Philo Iudeus lib. de vita cōtem*plativa*, ut refert Euseb. lib. 2. Eccles. hist. cap. 16. descriptio*b* Alceticorum Alexandrinorum vitam, qui Marci Evangelista etate in vrbe Alexandria vivabant; non solum à carne, & ceteris que à carne originem trahunt, sed illos continuissime testantur, led etiam à vino: Pois, inquit, erat illi sola aqua, obsonium autem, panis cum sale, & byssopo. Iosephus autem lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. tria describit dogmata Iudeorum, quorum alijs Pharisei, alijs Saducei, alijs Eliezi, sive Esseni dicebantur, & hos postremos (similiter ut Philo ille) mirificè cōmendat, quod & vixibus, & vino, & carnibus semper abstinerent, & quotidianum ieiunium in naturam concerterent. Hieronymus lib. 2. contra Tournian, antiquorum Aegypti Sacerdotum scribit fuisse ieiunia, in quibus a carnis, & vino lese continebant. Clem. Rom. lib. 5. const. Apostolic. c. 19. diebus ieiuniorum solum pane, sale, & oleribus uti concedit, & cap. 21. scriptura testimonij probat abstinentiam esse à carnis, & vino.

Ceterum negari non potest consueta veterum Christianorum ieiunia carnium vili, & vini potu*rum*: & hoc est quod Patrum, quæ attulimus testimonia docent. Quarè non miror, quod Alexander docuerit p. 4. m. 8. art. 1. §. 3. vini potionem præferrim ante prandium, ieiunium soluere. Et Richard. in. 4. dīst. 15. a. 3. q. 7. Antonin. 2. part. ii. 6. c. 2. §. 9. & Rofell. ieiunium n. 5. dixerint, vimum, si ad nutrimentum, & præferrim mane ad famem extinguendam sumatur, in fraudem ieiunij esse. At vero in more positum est, vt in diebus ieiuniorum, pilibus, herbis, leguminibus, & fructibus & vino similiter vtratur: & omnes communis confessi restantur, id quod solum in potum, non in cibum sumunt, cuiusmodi vimum etiā est, ieiunium minime relaxare. Quare, an sine peccato inter-

ditu ante potum, qui necessitate ad extingvēdā, sed andamē situm adhibetur, parum cibi sumatur, ne stomacho solus potus noceat? Syluester id concedit, dummodo tamen cibus non sit panis, herba, arboris fructus, sed exigua medicamenta porti, sive frustum.

Scendum quoque est, potum, qui in cibum prætersummittur, cœle in die ieiunij prohibitum, qualem sunt quedam pocula, quibus est cibus admixtus, & que potissimum nutrit. Palud. in 4. distinctione. 15. questione. 4. articulo. 4. conclus. 3. Rosel. in verb. ieiunium, n. 3. & Tabiena, eodem verbo, numero vigesimoquarto. At vinum, inquiet, etiam ipsum nutrit. Verum est, nutritre quidem aliquantulum: sed non sumitur præcipue ad nutriendum, sed ad sumendum lenandam, & ideo non in cibum, sed in potum adhibetur.

Octauo queritur, An illis diebus, quibus licet comedere oua, & caseum, liceat etiam vesca fagi mine sive lardo ut vocant. Glof. in ca. Presbyter. dīst. 82. in verb. sagamine, affirmat, immò addit etiam Hostiens. in sum. de obseru. ieiuniorum. Cui conceditur usus ouorum, & casei, intelligitur cœcessum ut possit vti sagamine, & sic, inquit, vtruntur Cluniacenses Monachi, sed Cistercienses, & quidam alij religiosi contrarium seruant. Sic ille, ita etiam Abbas in ca. confutat. de ieiun. & Syluester. ieiunium. quest. 5. num. 6.

Caput XI.

Quota diei hora in ieiuniorum temporibus edendum sit.

PRIMO queritur, An ieiunium Ecclesiast. certam, ac prænata horā depositat, in qua ipso comedere possimus? Respondeo, depositare, & à certa huicmodi hora ieiunium appellatiōnem habere. Nam dicimus vīq; ad festā, vel noctā horam, vel vesp̄erā, vel vīq; ad noctē ieiunium feruare, quasi tota, vel præcipuā ieiunij vis in prorogatione inedia vīque ad tardiorē horam sit posita: & cōmuni piorum hominum tentatio eo rectius, ac religiosius, si cetera sint paria, quis ieiunus est, quod tardius prandet: contra, eo minus recte, minuſque religiosè, quo citius ieiunium laxat, ac soluit. Hebrei ad initium noctis, sive post folis recessum & obitum, plerique ieiunia producabant. Vnde Iudie. 20. dicitur: Omnes filii Israël venerantur in domum Domini, & sedentes stebant coram Domino, ieiunauerantque die illa vīque ad vesp̄erā, & obtulerūt holocausta, & pacifica victimas. Et 2. Reg. 1. Apprehendens autem David vestimenta sua, scidit, omnēsque viri qui erant cum eo, & plankerunt, & ieiunauerunt vīque ad vesp̄erā. Et capit. 3. eiusdem libri: Cum vesp̄erā, inquit, vniuersa multitudine cibum capere cum David, claro adhuc die iuravit David dicens: Hoc faciat mihi Dominus, & haec addat, si ante sois occasum gustanter panem, & vel aliud quippiam. Vnde prisci illi Christiani eundem etiam morem feruare consueverunt. Athanasius enim in vita Sancti Antonij: Pernoctabat, inquit, in oratione saepissime: cœdebas semel in die post sois occasum. Hieronym. in vita Hilarius: Inter mare & paludem, vīsta solitudine fræbatur, quindecim tamquam carcas, post sois occasum comedens. sic ille. Deinde tepecente tensim vetere illo feruore,

coepit.